Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

nobis istic dones clemens
favere. Illis eterne dans
lumen glorie. Nobis ter
rea concede vincere. Ut
liceat serenis actibus plen
ter adipisci dona tue gratie.
Herodis ut non fiat soci
quisquis in horum laude se
exercet perire. Sed eterna
liter cum eisdem cantus te
cum sit domine. In Epyphania

Festa christi omnis
nis christianitas ce
lebret. Que miris
sunt modis ornata cunc
tisque venenanda populis. Per
omni tenentis adventum
atque vocationem gentium.
Ut natus est christus est stella
magis visa lucida. Ut illi
non cassam putantes tan
ti signi gloriam. Secum mu
nera deferunt parvulo of
ferunt ut regi celi quem sy
dus predicat. Atque auro
tumidi principis lectulo tem
sito christi presepe querit atque

Hinc ira seva herodis ferun
da. Inundi recens rectori ge
nito. Bethleem parvulos
precepit ense crudeli perdere.
O christe quantum patris exer
citum. Iuvenis doctus ad
bella maxima. Populis pre
dicans colligis singens cum
tantum miseris. Anno ho
minis tricesimo subtus fa
muli se inclyti inclinaverat
manus deus consecrans
nobis baptisma in absolu
tionem criminum. Ecce ipse
in specie ipsum aliis inno
tue venturus sanctis prece om
nibus visitat semper illius
contentus mansione per
totus. Patris etiam insonu
it vox pia veteris oblita ser
monis penitet me fecisse
hominem. Vere filius es tu me
us michimet placitus in quo
sum placatus hodie te mi
fili genui. Hinc omnes au
scultate populi preceptori.

In Octava Epyphanie.